Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Goliathus

urn:nbn:de:bsz:31-102436

Visual Library

GOLIATHVS. 1.Reg.17.

ARGVMENTVM.

Dauid à Saulo impetrat, ut liceat cũ Goliatho pugnare, & illum cum funda & pedo aggreſſus occidit.

Dauid, Eliabus, Goliathus, Iſraelita quidam, Alius Iſr. Nuncius, Saulus.

SAluete mei fratres optimi. E. Deus det quæ uelis, germane lepidiſsime. Vt ualet pater? D. Optimè, gratia Deo: meq; miſit ut uiſerẽ quid ageretis, uobisq; afferrem placentam, & decem panes, & teſſeram ueſtrã acciperem. Dedit etiam mihi decem caſeos, ad centurionẽ. Sed quã ego uocem audio? G. Quid opus eſt uos exire ad prælio dimicandũ nobiſcũ? Ego ſum Palæſtinus, uos eſtis clientes Sauli. Deligite ex uobis aliquẽ, qui cõſerat manus mecũ: qui ſi ſuperauerit me prælio, & interemerit, nos ſeruiemus uobis: ſin ego uicero, uos nobis ſeruietis. Quanta ego hodie ignominia afficio inſtructos in acie Iſraelitas? Date mihi uirũ, qui cũ contendã ſingulari certamine. D. Quis eſt importunus iſte, & turgidus Gigas, qui tãtopere deſpicit nos præ ſe? cuius uocem & aſpectum contremiſcunt omnes, & refugiunt? IS. Neſcio quis eſt, natus in noſtram perniciem & dedecus: cum quo nemo audet conſerere manum: adeò ingens

gens eſt,& terribilis. D. Quid ergo præmij ferret,
qui ſuſtulerit eũ de medio,& abolcuerit hoc tantũ
probrum Iſraeltiarũ? Nam quis eſt impurus iſte Pa
læſtinus,qui inurit tantam notã ignominiæ caſtris
Dei immortalis? IS. Si quis eum deiecerit,rex eum
ualde ditabit,locabitq́; ei nuptum filiam ſuam, do
nabitq́; immunitate perpetua domum eius pater-
nã. E. [a] Cur ueniſti huc,improbe puer? aut cur
deſeruiſti pauculas illas ouiculas in ſaltu? Ego no-
ui temeritatem,audaciamq́; tui ingenij. Mirum ni
ueniſti ſpectatum prælium. D. Quid ego commiſi?
an non erat cauſa cur uenirem? Sed adibo alios.
Heus tu,quo præmio afficiet rex eũ qui occiderit
immanẽ illum Palæſtinũ? IS. Maximo. D. Quo-
nam? IS. Ornabit eum maximis diuitijs & opibus,
cõmittetq́; ei natã ſuam uxorẽ, & liberabit domũ
eius patriam in perpetuum. D. Condignum ſanè
præmium,& regale. Equidem auſim aggredi ho-
minẽ:neſcio quomodo geſtit animus, indignaturq́;
tantum licere cuiquam in populum Dei. Hæccine
ut patiar? Impunè ergo nefanda illa probra euo-
muerit in ſacram gentem? Mori me malim. N.
Adoleſcentule,iubet rex ut uenias ad ſe. D. Ni-
hil eſt quod faciam libentius. Eamus O ſi fiat mi-
hi poteſtas pugnandi cum eo,quantum bellum cõ-
fecero? uel potius, quantum bellum confecerit
Deus,uno occiſo? N. Adduco tibi hic adoleſcen-

a Plerunq[ue] qui minus poſſunt, c[…] contemnu[nt] & obiurg[ant] qui plus p[oſ]ſunt.

tulum,Rex,quem iußiſti accerſi. SAVL. *Quid audio Dauid? tú ne dixiſti,te audere in Palæſtinum illum portentoſum,qui perterrefacit totas noſtras acies?* D. *Bono animo es,ô Rex, ne deſpondeat quiſquam animum. Vos ſpectabitis:ego ipſe ſubibo hoc certamen, & congrediar cum Palæſtino.* S.[b] *Vide quid dicas,Dauid. Non poßis pugnare cũ eo,adoleſcentulus,& rudis belli, cum uiro robuſtißimo,& in armis exercitatißimo iam à puero.* D. *Nihili facio neq; uires,neq; uſum armorum eius.habeo lõgè aliam rationẽ certandi. Audi quid dicam. Cum aliquando paſcerem oues patris mei, leo unà cum urſo inuaſit gregem,ouẽq; corripuit. Eum ego conſecutus cæcidi, eripuiq; ouem è faucibus eius. Tum urſus in me irruere: ego uerò prehenſum roſtro,ad terram affligere,& cædere.atq; ita occidi & leonem & urſum. Non dubito quin idem exitus maneat nefarium hunc & teterrimum hoſtem,qui audet proſcindere cõuicijs exercitum Dei immortalis. Ioua, qui defendit me à leone & urſo,idem defendet etiã à Palæſtino iſto.* S. *Quando tanta fiducia es,per me licet deſcendas in certamen. Adſit tibi Deus. Veruntamen es armandus. Volo accõmodare tibi mea ipſius arma.* D. *Nunquam equidem arma tuli.Sed faciam periculum,ſi poßũ uti.*[c] *Hæc lorica ualde me grauat,caßis quoque premit caput, etiam caligæ ſunt duplo maiores*

Saulus hu ...anas uires ...ectat: Da... d diuinas. ...c & in ſpi... tuali pu... naaduerſus ...eccatũ ſpe... ant carna... s quid ho... o poſsit: ...irituales, ...uid Deus ...oſsit in homine.

Spiritualia ...lla ſpiritu... ubus, non ...rnalib. ar... is gerenda ſunt.

res quàm pro meis pedibus.nec enſis admodum decet meũ latus:uideorq́; magis alligatus enſi, quàm enſis mihi. Vah,*non poſſum ingredi cum his impedimentis.* Apage *hæc arma,non ſum aſſuetus his ferendis,malo ferre nota tela: pedum dico, & fundam,unà cum his quinq; læuibus ſilicibus,quos geram in ſacculo.* Bene *ſpera* Rex, *cernes me hodie uictorem redeuntem cum exuuijs hominis ferociſſimi.* S. Ita *faxit* Deus. G. Videó *ne ego hominem uenire ad me?* Tandem *habebo qui cum certem.* Sed *quæ,malùm, intemperiæ agitant* Iſraelitas?[d] Quis *miſit nobis hunc pulchellum puſionem rubicundum?* Heus *puer,me'ne putas canem, qui cogites pugnare pedo?ut te dij deæq́; omnes, quantum eſt,perdant.* Accede *ad me ſodes, ut iam propinem te dilaniandum & comedendum uolucribus & beſtijs.* D. Tu *quidem adoriris me, fretus gladio,& haſtili,& ſcuto:ego uerò aggredior te,armatus ſolo nomine* Iouæ *armipotentis,*Dei *copiarum* Iſraelitarum,*in quas tu hodie contuliſti omnia maledicta.* Hodie Deus *concluſit te in manum meam,ut te deijciam,abſcindamq́; tuum caput, & paſcam uolucres & feras non tantum tuo cadauere,ſed etiam omnium qui militãt in ueſtro exercitu:ut ſciãt omnes mortales, eum demum eſſe* Deũ, *quem* Iſraelitæ *agnoſcunt & reuerentur : diſcatq́; omnis hæc manus ſpectatrix,* Iouam *non adhibe-*

[d] Sic mun ni conten nunt ſpiri- tuales,&p pueris ha- bent.

re enſem, aut haſtam in uincendo, cuius ſit unius gerere bella, quiq; tradiderit uos nobis in manus. G. *Proh Iupiter, egó ne ut hodie hæc audiuerim, idq; à puero? at me Deus perdat, niſi te iam diſcerpo his unguibus.* D. *Quin age, ſi quid potes: interim excipe hunc lapidem rectà in frontem. Ohe Goliathe, corruis, qui modò ſtabas tam firmè? At ego te contundam uſque hoc pedo. Hem tibi. Nunc iſtic iace, proſtratus manu pueri, qui modò ſolo aſpectu uiros, & cœlum armis territabas. Hic te puer iugulat tuo ipſius gladio, caputq; tuum horrendum præfigit tuæ haſtæ, quod oſtentet exercitui.*

SENTENTIA.

Nemo uel tam uir eſt, quin facilè uincatur abs quiuis, aduerſo Deo: uel tam puer, quin facilè uincat quemuis, propitio Deo. Dei eſt uictoria, & credenti nihil arduum.

IONATHAN. 1. Reg. 20.

ARGVMENTVM.

Dauid & Ionathan inter ſeſe rationem ineunt, qua reſciſcere Dauid queat quis ſit Sauli erga ipſum animus: & fœdus inter ſeſe in perpetuum paciſcuntur.

Dauid, Ionathan.

QVod nam eſſe poteſt meum tantum in tuum patrem peccatum, Ionathan, ut me quærat ad necem? ION. *Ad necem uerò? non eſt*